



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Vnigenitum Dei filium nascendo & moriendo pro hominibus actum fecisse
dignum perpetua memoria & admiratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

Tob. 12.

faciebat Angelus Raphael qui Tobie preces Deo obtulit. Inuoca igitur diligenter sanctos, maximè B. Virginem, atque roga illam vt tuas preces ei qui pro te, & pro nobis omnibus natus est, offerre dignetur.

QVI PRO NOBIS NATVS.

Vnigenitum Dei filium nascendo & moriendo pro hominibus actum fecisse dignum per petua memoria & admiratione.

CONSIDERATIO.

Ioan 3.
Ephesi 5.

*Christus natus est sua
quantum nobis benefi-
cium præs-
terit.*

QVANDO Anima fidelis, tecum expendis. & consideras Dei filium tua causa natum esse, admirari debes immensam Patris bonitatem qui filium dedit: & ardentem filij charitatem, qui volens prudensque vitam suam profudit, vt nos viuificaret, & à morte spiritali eximeret. Hoc est beneficium illud de quo lætabatur Propheta qui dicebat: *Paruulus natus est nobis: filius datus est nobis.* Hoc est beneficium quod **Angeli**

Angeli festiuo gaudio ac tripudio,
dulciq̄ue symphonia in die natali
Saluatoris concelebrarunt. Hoc est *Lus. 2.*
nuncium illud lætissimum, quod
Angeli pastoribus annunciauêre
quando dixerunt: *Natus est vobis ho-*
die Saluator. Nuncium profecto à
multis sæculis exoptatum & mag-
næ consolationis animabus, qui nō
ignorabant, quam necessaria esset i-
psis hæc natiuitas.

Vniuersus mundus tenebris ig-
norantiæ circumfusus erat: sed na-
scente Christo, *populus*, vti ait Pro- *Esai. 90.*
pheta, *qui ambulabat in tenebris, vi-*
dit lucem magnam: habitantibus in
regione umbræ mortis lux orta est eis.
Nam ipse erat, *lux veræ*, quem admo- *Ioan. 1.*
dum S. Ioannes testatur, *quæ illumi-*
nat omnem hominem uenientem in
hunc mundum. *Lumen*, inquam, ad *Lus. 2.*
reuelationem gentium & gloriam
plebis suæ Israel, veluti S. Ienex Si-
meon Ienex in suo cantico cecinit. *Mala quib.*
Neque modò homines in tenebris *mundus ante*
palpabant: sed etiam durissima fer- *te Christi*
uitute ab infernali Pharaone pre- *adueniunt*
meban- *premeban-*
meban- *unt.*

STELLA

mebantur. Oportebat igitur Moysen descendere in Aegyptum ut populum Israeliticum in manu forti & brachio extento, à tyrannide Aegyptiorum liberaret, & per mare rubrum in terram promissionis adduceret. Oportebat inquam Dei filium per Moysen figuratum de caelis descendere, ut genus hominum redimeret, atque à peccati ac daemonis servitute per sanguinis & vitae in ligno crucis pro hominibus profusionem, vindicaret. Quod si facere nolisset, nec etiam aliud medium quo nos ab hac servitute in libertatem assereret, excogitasset, eadem adhuc premeremur: solus enim ille ab ea nos eximere poterat.

Ex confideratione mysteriorum redemptionis nostrae, gaudium et spes excitantur.
Rom. 8.

Quanto itaque gaudio exultare nos decet, quoties Dei filium pro nobis natum esse cogitamus? Quia vero fiducia illi nos totos committere, atque totam spem nostram in illo collocare possumus, cum ipsum pro nobis mortem subiuisse consideramus? *Si enim, uti S. Paulus ait,*

eam inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Ille descendit de coelis, relinques ibi nonaginta nouem oues, atque in terram venit vt ouem centesimam perditam requireret. Si ergo eam ob causam descendit, vt animas quæreret, quomodo spontanea voluntate reuertentes ad se repudiabit?

Perge igitur anima fidelis, perge ad illum qui pro te natus est, magna cum fiducia: roga illum, & B. Virginem etiam precibus sollicita vt apud ipsum pro te intercedat, quandoquidem tibi natus, tibi mortuus & resuscitatus est. Vnum tantummodo aduerte, nimirum, vt quemadmodum Iesus Christus charitate sua te illuminauit, obedientia sua libertati restituit, & passione sua sanauit: ita & tu sis filius luminis & ad tui ipsius mortificationem atque obedientiam promptus. Ad mortificationem quidem, quia vti S. Bernardus ait, condecens non est

Luc. 15.

Magna cum fiducia ad Christum ad eadem modo

Quomodo quis p. Redd. p. ionis beneficio gr. tus esse possit.

S. Bernard.

160 S T E L L A

Rom. 8.

Heb. 5.

1. Ioan. 1.

vt sub capite spinoso membra sine
delicata. Et S. Paulus: *Heredes in-*
quit, sumus Dei, coheredes autem
Christi, si tamen comparimur ut &
conglorificemur. Ad obedientiam ve-
rò, quia vt idem Apostolus ait. *Dei*
filius didicit ex iis quæ passus est, obe-
diendam: & consummatus factus est
omnibus obtemperantibus sibi causa
salutis æternæ. Filius denique lumi-
nis hoc est virtutis, quæ in te resplē-
dere debet. Sic enim scribit S. Ioan-
nes Apostolus de Deo loquens. *Si,*
inquit, in luce ambulamus, sicut &
ipse est in luce. societatem habemus ad
inuicem, & sanguis Iesu Christi filii
eius emundat nos ab omni peccato.
Ex his sacrarum literarum testimo-
nijs perspicere potes insignem illo-
rum errorem, qui sibi metipsis blan-
dientes, Christum dicunt natum &
mortuum esse pro omnibus, & et-
iam si homo id suis peccatis merea-
tur, ipsum tamen nequaquam esse
passurum, vt sanguis suus frustra
profusus sit.

Confusantur

Hi semetipfos decipiunt, quam-
uis

nis enim Christus verè mortuus sit *illorum er-*
 pro omnibus, & plusquam suffici- *ror qui solis*
 entia merita pro peccatis totius *Christime-*
 mundi abolendis acquisiuerit: opus *ritis se salu-*
 tamen est vt hæc merita vnicuique *tem conse-*
 applicentur. Non possunt autem *quunt nos*
 sufficienter illis applicari qui cum *sperans.*
 ad annos discretionis peruenerint,
 se non reddunt dignos quibus ap-
 plicentur. Filij Israel omnes quidè
 egressi fuerant Aegyptum, at non
 omnes introierunt terram promis-
 sionis. *Nolo vos, ait S. Paulus, igno-* 1. Cor. 10.
rare fratres, quoniam Patres nostri,
omnes sub nube fuerunt & omnes
mare transferunt & omnes in Moysè
baptizati sunt in nube & in mari, &
omnes eandem escam spirituale man-
ducauerunt, & omnes eundem potum
spiritualem biberunt: sed non in plu-
ribus eorum beneplacitum est Deo.
 Quibus verbis Apostolus indicare
 voluit, non omnes fuisse dignos qui
 Palæstinæ regiones, terram à Deo
 illis promissam, possiderent.

Vis igitur, Anima Christiana, ef-
 fectu Redemptionis humani gene-
 ris.

ris non fraudari: vis coelorum. Christi particeps esse: vis verè dicere Christum pro te natum & mortuum esse: fac quæ dixi: compatere illi, obediens esto ei; monita illius sequere: tenebras peccatorum fuge: & in lumine diuinæ gratiæ permane. Sic enim te disponens, sine metu dicere potes B. Virgini, vt te filio suo qui pro te nascendo, dignatus est tuus esse, te commendet.

T V L I T E S S E T V V S,

Quanto honore Dei filius homines affecerit, quando carnem humanam assumpsit.

CONSIDERATIO.

Quod Dei filius carnem assumpsit, opus est magne dignationis & admirabilis.



. Mater Ecclesia stupore atque admiratione illius charitatis, quod Deus homo fieri dignatus est, defixa, in has voces erupit: *O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus sumens, de virgine nasci dignatus est. & procedens homo sine semine largitus est*

nobis